

Anætidis. numinis crure: ut hodie quoq; uulgo ioculariter dici solet: nō autē crure: quod ubiq; falso est scriptū: tunc maxime imperatorē coenitare: facere dixisset. Libro. xxyiii. cap. iiii. ophiogenes: nō autē oblongenes: scribendum esse nomen ipsum a serpentibus quibus genus illud hominū ī īsula cypro inoffensum erat: ut in italia. Maris: in Affrica psylli: declinatū indicat. omē quasi osmen extritos grāmatici dictū interpretātur: turpi apud ueteres sæpius significatu: ut testis est ille Martii uersus. obsceni interpret funestiq; omnis auctor: inde fit uerbum abominari: intellectu quacūq; horreamus amoliendi: De his: similibusq; caput est luculentū intus uolumine libri superius dicti: ordine secūdū ubi ita legitur incendio inter epulas nominato aquā sub mensam pfundi abominatur: adūbrata me hercules & corrupta lectione: Quāto liquidior hæc & castior: incēdia iter epulas nomiata aquis sub mensam pfusis abominamur. Vnū adhuc: quod penitus indubitatum: nec omittendum ad præfens uidetur: & uerbū non amplius addam: e lib. xxii. cap. yi. sumptum: ibi hæc uerba ita legūtur: excogitauit natura herbas aliquas a spectu hispidas: tactu truces ut cantū nō uocē ipsius exaudire uideamur. Quid est q̄ cantū non uocem naturæ inaudiamus. Vnica medius fidius litterula in aliam deformata nitidissimū intellectū offuscatur: Lego igitur tantum non uocem & nō cantum: Qua elocutione satis creber est Valerius Max Et Comicum illud phormione fabula ī ore omnium fere affolet esse. Modo non mōtes auri pollicens. Donatus Terētianus interpret prouerbialem hyperbolen hæc esse ait. Græci siue ut Attici dicunt. Qui quidem Atticismus Demostheni perquā familiaris est. in hunc sensum illum Tibuli uersiculum accipiendum putat quidam ex litteratissimis amicus noster iam modo non possum contentus uiuere paruo.

Potuissemus & alia nō mius scitu digna his sup̄texere: Sed mihi publicis officiis districto nō licuit in his diutius īmorari: Neq; illa apposui. ut tanq̄ nostra iactarem: & n. nouimus fortunæ non eruditiōis esse. Cæteræ & nos quoq; p̄ uirili parte stultiosis p̄desse uoluimus. Reliqua q̄ deprehendimus: plusculū otii nacti alias fortasse tractabimus. Multaq; adhuc ī plinio manantia ulcera obducta cicatrice sanabimus. nūc uero lector & cognitoris itelligētia & ipressoris diligētia pliniū castigatiōem longe q̄ unq̄ atea ex quo reuiuiscere cœpit. Lecturus es & quitq̄ Hermolaus uariæ lectiōis tribus cōmentationib; collegit. sub uno ituitu suis locis cōspicaberis. noli tamē ut nostri fiducia securus ī utraq; aurē ut uetus est uerbum quod græci præfuis dicūt dormias. Sæpius tibi censor adeundus ubi latius ea q̄ nos angustiis marginum coarctati indicare non potuimus iuenies indeq; semper (mihi crede) aliquam bonā frugē tecum donum reportabis. Et nos alicubi non potuisse hallucinari haud disitemur. Quippe qui hæc ueluti aliud agētes curauerimus. Tātū abest ut opificū quoq; quanuis diligentium errata: si in aliqua offends: tibi epræstare uelimus.

ADLECTOREM.

- ¶ Qui Cœlū: Terras: Aequor: Gēus omne aniantū
- ¶ Omne Exors anime: quid ferat omnis ager
- ¶ Inuentus rerum uarios: arteisq; Metalla
- ¶ Marmora cū gemmis: qd̄ iuuat: aut noceat:
- ¶ Deniq; naturæ qui cuncta ad operta reuelat
- ¶ Plynion integrum candide lector habes.
- ¶ Atq; ita q̄ priscum præferuat fronte. nitorem.
- ¶ Lima uiri docti præstitit Hermoleo:
- ¶ Cui fere te tantum (dicam) debere fatendum
- ¶ Auctori quantum sæcula debuerunt.

OPERI SUPREMA MANVS IMPOSITA ANN. GRACIAE. MIID. EIDIB. FEBRUARI. AVGVSTINI BARBADICI PRINCIPATVS ANNO. XII.